

- §. 6. Suspectus, ob *dolum* remotus, fit infamis, non ob *culpam* §. *fin.* C. h. t.
Lata culpa æquiparatur dolo L. *quod Nerua 32. ff. depos.* scilicet si *ad interesse* civile, non si *ad pœnam* agatur.
- §. 7. Interdicitur tutori *administratio* durante suspecti cognitione: hæc vero morte eius finitur. §. 8.
- §. f. Paupertas neminem facit suspectum, sed mores L. 8. ff. h. t.

LIBRI. II. TIT. I.

De

RERVM DIVISIONE, ET ACQVIRENDO IPSARVM DOMINIO.

Pr. **R**es ad iurisprudentiam pertinent non qua tales, sed quatenus acquirendæ, conseruandæ & transfereandæ L. *ult. ff. de LL.*

Sunt vel in *patrimonio*, vel *extra patrimonio*, hoc est, vel in *commercio*, vel *extra commercium*.

§. 1. RES COMMVNES sunt, quarum vsus omnibus gentibus patet, proprietates vero nullius est.

Quodcunque iure naturæ ita comparatum est, vt certis reip. limitibus includi nequeat, illud dicitur commune omnium hominum, v. g. aer, aqua profluens, mare, &